UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commvnio Sanctorvm. In Eccesia [!] Catholica

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Acatholicis ad informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

Coloniæ, 1654

S. Clotildis Reg. SS. Pergentinus & Laurentinus S. Libhardus Ab. 10.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44916

Visual Library

S. Clotildis Reg. SS. Pergentinus &
Laurentinus S. Libhardus Ab. 10. [illegible]

Fuga Peccati.

Nihil laborioſius eſt iniquitate & impietate *Auguſtinus.*

Protege Domine B. Clotilde (SS. Pergentino & Laurentino : S. Libhardo) inrercedente, famulos, tuos ut te protegente eripiantur à malis. & te regente ducantur ad Vitam Per D.N. Ieſum Chriſtum &c.

Ora pro afflictis &c.

1. S. Clotildis Francorum Regina, non poſtrema cauſa fuit converſi ad Chriſtum regni. quippe cuius precibus & meritis Clodouæus Rex maritus eius fidem ſuſcepit, floruit circa A. 530.

2. SS. Pergentinus & Laurentinus MM. fratres accuſati à ſuis Aretinis quod Chriſtiana ſacra ſectarentur. Ea accuſatio latum eis virtutis exercendæ campum aperuit, in quo blande æque ac immaniter tractati miraculis multis illuſtrati demum Martyrij palmam ſunt adepti.

3. B. Liphardus frater S. Leonardi ex Sæculi Iudice iuſto & æquo presbyter in eremo ſanctiſſimè vixit ſibi, demum etiam aliis, cum virtutum eius lux fulgens & odor bonus plurimos ei circa A. 550. attraheret.